Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36450
Copyright: Melk, Benediktinerstift

[...]um qui ferebat hyberniam usque adhuc
pallio caruisse utpote emulator sa-
cramentorum quorum ne uno quibus gentem
suam vellet omnino fraudari. Et recor-
datus sibi a papa innocencio fuisse missum
super eo. Et nactus occasionem quod papa
eugenius summa regiminis tenet et eo
temporis usque in franciam appropiasse
nunciaret, oportunitate requirendi se in-
venisse gavisus est. Presidebat autem
de illo utique viro tali et de tali assumpto
professione. Magis vero quod sine clarevalli
spiritualis filius extitisset nec timeri apud
illum se ullam sustinere facultatem. Itaque con-
vocavit episcopos concilium cogit. Tractatis triduo
que tempori eminerent, die quarto aperit con-
silium de pallio requirendo. Placet, sed sic per
alium requiratur. Tamen quia brevior via
et ob hoc quasi non peregrinatio videretur, non
fuit qui ei obviaret consilio et voluntati.
Et malachias soluto concilio arripit
iter. Prosequuntur eum fratres qui convenerant
usque ad litus, non multi tamen. Ad quem
unus illorum catholicus nomine flebili voce
et vultu: heu tu abis, inquit, et inquieta
pene quotidiana vexatione me defessum
non ignoras, nec fers opem misertus
mei. Sed dignus ego qui patiar, frater, quod
peccaverim, qui vix diem noctemque vel ul-
lam a tam laboriosa cura et custodia
mei feriatam habere sinunt. His verbis
et lacrimis filii flebat enim paterna
viscera concussa sunt, et amplexatus est eum
blandiendo. Impressoque pectori eius signo
crucis: certus esto, inquit, te eiusmodi nil
passurum donec redeam. Erat enim epilepti-
cus et cadebat frequenter ita ut interdum
non semel sed sepius pateretur in die. Hic
iam per sex annos morbo horrido labora-
bat; sed ad verbum malachie perfecte con-
valuit. Ab illa hora nil tale perpessus est,
nil tale deinceps ut credimus perpessurus,
quam malachias deinceps reversurus non est.
In ipso ascensu navis accedunt duo ex
his qui illi cariores erant, petentes ali-
quid ab eo. Quibus ille: Quid vultis?
Non dicam, inquiunt, nisi spondeas te
daturum. Spondet. Et illi: Volumus nobis
certo promitti a tua dignatione te in hyber-
niam incolumem reversurum. Instare et
ceteri omnes. Tunc ille parumper deliberans
penitere primo cepit quod se alligasset, quam
exiret non inveniens. Angustie undi-
que, dum nil occurreret ab alterutro tutum pe-
riculo, voti videlicet aut promissi. Visum
est tandem id potius eligendum quod in pre-
senciarum plus urget, reliquum superne com-
mittendum disposicioni. Annuit tri-
stis quidem, sed magis illos noluit con-
tristare. Et spondens eis ut volunt,
ascendit navem. Et cum iam fere medium
iter equoreum pegissent, subito contra-
rius ventus navem repellit et reducit
in terram hybernie. Descendens de navi
in ipso portu in quadam sua ecclesia per-
noctavit. Et letus gratias egit divine
consilio providencie, quo factum est ut iam
fecerit satis pro sua promissione. Ma-
ne vero intrans navem ipsa die prospero
cursu transfretavit et venit sco-
ciam. Die tercia pervenit ad locum qui
viride stagnum dicitur, quem fecerat pre-
parari ut ibi statueret abbaciam. Et
relicto illic de filiis suis fratribus nostris
monachorum conventu et abbate, nam secum
adhoc ipsum eos adduxerat, valedicens
eis profectus est. Et cum transiret occur-
rit eis rex david, a quo susceptus est
cum gaudio et retentus per aliquot dies in
ultaque operatus placita deo, inchoatum